



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

Privilegium IV. Monasterium tollit irregularitatem ortam ex defectu
natalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

quarta pars Episcopo debetur, *c. requisivisti. v. secus autem. De testam.* quod tamen hodie passim in defectu dicitur abijci, dum Monasteria contra hanc Episcoporum exactiōnem præscriptur, quod autem talis præscriptio valeat & cursu quadraginta annorum complecti, textus est expressus in *c. de quarta. X. de præscrip.*

De Charitativo subsidio, quod Episcopi pro publica necessitate vel utilitate suæ diocesis vel Ecclesiæ Cathedralis à subditis suis Ecclesiasticis exigere possunt iuxta *r. cum Apostolus d. de Cons.* dubitatur, an etiam à Monasteriis recte petatur? rationem dubitandi facit textus in *Clem. 1. de excess. prælat.* ubi dicitur, quod Episcopi in exigendo charitativo subsidia ab exemptis eorumque subditis excedant nimum contra eos. Unde à comitatio videtur inferri posse, quod moderate subsidium à Monasteriis & quibuscunque exemptis exigere valeat. Negativa tamen sententia verior est, quia Charitativum subsidium accensetur Legi Diocesana recte Innoc. in *l. 1. de statu Monach.* n. 2. Gloss. & Joan. And. in *d. c. cum dilectus de Offic. Ord.* & non reperitur aliqua expressa exceptio, quin ab eo Monasteria exempta sint. Nec concludit argumentum à contrario, quando ex eo relinquitur iurium correctio. Everhard. in loco à contrario. Textus ergo *d. clem. 1.* sumit suam interpretationem ex *Clem. 1. de Cons.* & intelligitur de Monasteriis & exemptis habentibus Parochias, quæ exemptæ non sunt, & ex quibus, antequam ad Monasteria pervenirent, jura Episcopalia peti soluta sunt, quæ propterea cum suo onere ad Monasteria transiverunt, nisi vel privilegio vel præscriptione aliud obtentum sit, *c. ex ore. de Privileg.*

ADNOTATIO.

AD n. 1. Sententiam nostram de Charitativo subsidio cum pluribus cit. docet Barb. *de off. Ep. p. 2. alleg. 87. n. 45.* Dicit, si Princeps secularis potest onerare Monasterium ob necessitatem publicam, ergo etiam Episcopus? Item si utilitas sit totius Diocesis, redundabit etiam in Monasterium, & consequenter, qui sentit commodum & c. *z. 1.* Sicut Princeps potest onerare Monasteria in defectu Laicorum, & ex licentia Pontificis, ita idem non est negandum Episcopo, si aliorum subditorum Eccle-

sasticorum non sufficiant facultates, & licentia Pontificis accedat, sine qua privilegium juris communis Monasteriis auferri non potest. *n. 2.* Illam Regulam, qui sentit commodum Eccl. habere letum, nisi sit specialis exceptio, alias etiam Dioc. clausi Laici teneantur ad charitativum subsidium; quod tamen est contra communem sententiam DD. nisi Diocesani sint simul subditi temporales, ut in hac Diocesi Salisburgensi. Consuetudinem autem vel præscriptionem posse aliquid valere hac in re negare non audeo.

PRIVILEGIUM. IV.
Monasterium tollit irregularem ortam ex defectu naturalium.

1. Procedit privilegium etiam quoad ordines ab illegitimo sine dispensatione susceptos.
2. An ad consequendum hoc privilegium necesse sit facere professionem, relinquatur sub dubio.
3. Episcopus potest in iure dubio dispensare nunc declarare.
4. Bulla Sixti V. de illegitimis sublata per Gregorium XIV.


QUOD nati extra legitimum matrimonium ad Ordines promoveri non possint, certi & indubitati juris est, *r. 2. de filiis Presb. non ordin.* sed non minus certum est ex *c. 1. iam d. 2.* quod illegitimus Monasterium ingressus hoc ipso ad omnes sacros Ordines suscipiendos habilitatus sit, ita tamen, ut Prælaturam non accipiat: quo nomine etiam beneficia curata intelligit Pan. in *cod. c. 1. Tamb. de iure Abbat. tom. 1. disp. 5. q. 14. n. 3.* Vid. Nav. *Consil. d. de filiis Presb.* Hoc privilegium DD. duobus modis notabiliter extendunt. I. quod non tantum procedat quoad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad usum Ordinum susceptorum, si fortassis illegitimus non habitus dispensatione super natalibus ante ingressum Ordines suscepisset. Nec obstat, quod dispensatio contra Jura sit strictæ interpretationis: quia intelligitur de dispensatione concessa particulari personæ & per rescriptum, non autem de dispensatione concessa per legem communem & favore Religionis

{ B 2 }

igionis, Barb. ad d. c. 1. n. 2. *vers. deinde col- liges.*

2. II. Nonnulli cum Fr. Emmae. 99. *Regul. tom. 1. q. 13. art. 4.* & Roderiq. *in compend. 99. Regul. resol. 76. n. 7.* asserunt, irregularita- tem non solum tolli per professionem, sed etiam per solam susceptionem habitus religiosi, adeo- que professione etiam non secuta, vel annullata, sublatam tamen censeri irregularitatem, sicut de illis, qui ex Societate Jesu post simplicita vo- ca edita dimissi ab ijsque absoluti sunt, docet Sanchez. *in precept. Decali tom. 2. lib. 5. c. 3. n. 14.* Istam sententiam non impugno, quia Privilegium Religionis est a nominatis DD. tra- ditum; & juyari potest ratione, quod jura non expresse requirunt professionem, aliunde autem confet, quod appellatone Monachi vel Reli- giosi in favorabilibus quandoque veniant No- vitij, ut quoad Privilegium Canonis & fori. Nec approbo, quia displicet multis DD. cita- tis a Barb. d. c. 1. n. 2. videtur enim non gau- dere favore Religionis, qui eam deserit, nec Re- ligiosus aut Monachus esse cum effectu, qui Professionem non fecit. Valeat proinde hac sententia apud Episcopos ordinantes quantum valere potest, fortassis huc accommodare lice- bit illam doctrinam, quam tradit Garc. *de be- nef. p. 7. c. 2. n. 10. Sa. V. dispensatio n. 1. Laym. in Th. Mor. de legibus a. 22. n. 4.* quod scilicet Episcopus possit in jure dubio in gratiam alicujus dispensare, aut certe declarare, atque alterutram sententiam amplecti.

Illud quoque his admonendum est, quod quidem Sixtus V. illegitimis prohibuit Re- ligionis ingressum, & ita hoc privilegium quasi irritum fecerit, attamen Greg. XIV. eam Sixti constitutionem per Bullam *Circumspectis Roma- ni &c.* revocaverit.



PRIVILEGIUM V.

**Monasterium facit irregulari-
tatem contractam ex Ordini-
bus furtive susceptis dispensabi-
lem per Abbatem.**

- 1. Ordines furtive suscipiens est irregularis.
- 2. Quando dicantur Ordines furtive suscepti.

Quamvis in irregularitate per se Summa Pontificem ordinant non dispensare liceat c. 1. de Sent. & rejud. in 6. favoratum Religionis est constitutum, ut si quis foris Ordines susceperit, idque Ordinatus sub pena- tione anathematis prohibent, tunc potest nec in susceptis ministrare, nec ad aliam potest promoveti; sed si Monasterium in quibuslibet concedatur non tantum Episcopo, sed etiam Abbati cum eo dispensate, c. 1. 2. & 3. de qui furr. ord. susc.

Dicitur autem furtive quis Ordines suscipere quatuor modis: I. quando sine contenta Episcopi aut Examine in numerum ordinandorum recepit. II. Quando prater minores ordines etiam die etiam Subdiaconatum accipit. III. Quando quis ea dem die ad duos factos Ordines suscipit. IV. Quando per saltum, id est, ante minorum Ordine, v. g. Diaconatu ad Presbyteratum promo- vetur. Vall. d. 1. n. 1.

ADNOTATIO.

Adnum, 1. Hodie in irregularitate dispensat Episcopus, si oriatur ex defecto occulto, ut in Ordinum furtiva susceptione occulta sic, *Cap. de R. for. c. 6. & ibi Barb. in collat.*



PRIVILEGIUM VI.

**Monasteria sunt exempta
solutione decimarum de Novitiis
ac de Hortis, quos ipsa colunt, et
animalibus que nutriunt.**

- 1. Per specialia privilegia immunitatis ipsa exempta extenditur.
- 2. An habentes generalium communicationum privilegiorum participant etiam privilegio exemptionis de decimis.

Privilegium istud in Jure communi omnibus Monasterijs & Religiosis concessum est, ex parte 10. de Decim. Extra jus communi autem per speciales Bullas multi Ordines Religiosorum sunt exempti non tantum in Novitiis, sed etiam quibuslibet quibuslibet animalibus & imperialibus colunt. Sicut de Religiosis Congreg. Cassin. Camaldulensibus, Pictavis, Carthusianis & aliis attestatur Brix. c. 6. c. ex parte n. 5. Utrum autem habentes gene-

ENGEL

III